

8°

Philos. pr.

493

:1

8° Philos. pr. 493€1

416 333 946 800 17



8° Philos. pr. 493: 1



# PAEDO LOGIA PETRI

Mosellani Protegensis  
In puerorum usum  
conscripta.

[d.i.] Peter Schade  
HIERONYMVS.

Non sunt contemnenda  
quasi parua, sine qui-  
bus magna constare  
non possunt.



8280


*Ex  
Bibl.  
Cleod.  
Lant.*

PETRVS MOSELLANVS,

Ioanni Polyandro Lipsiæ apud  
diuum Thomam Ludimæ  
gistro suo S.

*S*tu quidem mi Ioannes iam annos mul-  
tos re ipsa expertus, quanta cum difficul-  
tate, & quam sero infirma puerorum æ-  
tas, ad latinitatis antiquæ imitationem per-  
ueniat. Nam cum post prima rei grammati-  
cæ rudimenta tenera ingenia statim ad latini  
sermonis usum adigantur, nec tamen ulla eis  
via ad hanc rem demonstretur, fit ut dum ut  
cunq; quod iubentur, præstare conantur,  
nouam quandam loquendi rationem, plane  
barbarem, & per uernaculi sermonis uesti-  
gia ingredientē, inter se sibi ipsi configant.  
Quod uitium rudibus animis, & per hoc te-  
nacioribus primum impressum, postea nul-  
la arte deleri potest. Atq; haec causa mihi ui-  
detur, quod non Germani solum, sed & Ita-  
li, qui nobis hac parte fœliciores uideri uo-  
lunt, sermone quotidiano immundo adeo,  
& parum proprio utuntur. Videas enim bo-

nam pars



nam partem eorum, qui hodie lingua lati-  
nam profitentur, in loquendo nihil minus spi-  
rare, quam natum illum, & incorruptum Roma-  
ni sermonis odorē, ut candidissimae eloquen-  
tiæ scriptor Fabius de extemporali orationis  
facultate frustra scripsisse videat. Quid: quod  
hoc malum grauioris etiam ætatis profectibus  
omnē aufert gram? Alioqui qua causa male  
audiunt apud Quintilianū, & item Gellium  
dīmūdēi, nisi quod a teneris, ut aiunt, unguiculis,  
optimis non sunt assueti. Obvia quæc  
in authoribus citra delectū in suū usum con-  
uertunt, ut dictio eorū omnis, non propria,  
& domi suæ nata, sed e uarijs scriptoribus ho-  
stiatim, quasi mendicando congregata delicii  
iudicij homibus non possit non putere. Hæc  
quā tu nō minus acute quam grauiter perpen-  
deres, nihilque haberes potius, quam puerorū,  
qui tuę fidei sunt concreti, rudem, & ad oia  
sequacem animū ad optimam quæc perduce-  
re, mecum egisti sæpe, ut loquendi formulas ali-  
quot, quibus ea ætas uti posset, conscriberem.  
Diu, ut nosti, sum reluctatus, p̄t̄m quod ipse  
grauioribus occupatus hanc operam utilissi-

A ñ mam qui-

tamen quidē illam, sed in speciem tamen humiliem, et pene sordidam deditiarer, partim qd quia in ludis eiusmodi ipse non admodum essem uersatus, uix possem eam quasi personam cum decoro gerere. Videbam enim ad hanc fabulam agendam opus fore denuo re puerascere, & ut ait Elaccus, Ludere par impar, equitate in arūdine longa. Sed, cū tu ro gandi finē faceres nullū, pariterq; te, qui pro be puerorū sensum calleres, si qua nobis hac parte deessent, suppleturū promitteres, uolui quāuis calūniam subire potius, q; uel tibi amico tum synceriter amanti, tum prudenter ro ganti quicq; negare, uel meo pudore publicum pueritiae cōmodū diutius remorari. Iam si quis est, qui uehemēter putet indignū, has, sicuti prima fronte uident, nugas in chartarū perniciem scribi, is mihi uirū paulisper exuat, & in puerū redeat, cogitetq;, iam primū sibi Latini sermonis usum descendū. Statim, opinor, uidebit, quā facile, et nullo pene negotio per eiusmodi fabulas, uelut quosdā gradus, ad Terentij proprietatē, ac Ciceronianā facilitatē prima illa ætas traduci potuisset. Quis aut latu-

aūt latus esset, immo quis nō statim exhibila-  
turus, si ex puerili persona tetricam istā senum  
sapientiam sonarem. Tametsi sunt his nuga-  
mentis nostris admista quædā, quæ seria du-  
cere uideri possint, usq; adeo, ut & hoc noīe  
ab Aristarchis istis uix tutus sim futurus. Sed  
malui ego decori paulisper oblitus paucula  
subinde aspergere, quæ, si pueris suis literato-  
res prælegant attente, queant cum studiorū  
abusum tollere, tum pueritiae mores ad Chri-  
stianam regulam corrigere. Hos labores tibi  
mi Polyander dicare uolui nominatim, ut qui  
author nobis, & adiutor ad hæc scribenda fu-  
isti, idē quoq; suscipias quicquid id est libelli  
tua facundia, authoritate, ac gratia tuendum.  
Quod si ex hac editione ad te impulsorē, &  
me scriptorē aut nulla, aut tenuis admodum  
gloria redibit, solemur nosip̄si per hoc, quod  
nullo popularis auræ pruritu, sed pio, & sim-  
plici animo uterq; nostrū hoc negotiū tracta-  
uimus, tu adhortādo, ego scribendo. siquidē  
istuare studiuimus saltē aliquos, nocere nemis-  
ni, Bene uale Lipsiae ipsis ferijs diuī Matthæi  
apostoli. Anno. M. D. XVIII.

A. iii

DIALOGVS. I.  
GASPAR, ET MODESTVS.  
de nundinis fabulantur.

**A**Ge uero Modeste quot d̄ies hinc ab sunt nundinarū feriæ, quibus frequenter adeo huc peregrini adueniunt mercatores? MODE. Dies, nī fallor, quattuordecim, nam accurate singulas pene horas ad calcum uoco, siquidem nullū tempus totius anni cupidius expecto, quā nundinarū. GAS. Non iniuria, quādoquidem hæ feriæ partim nuncios, partim literas, partim oīmbus literis gratiōres pecunias nobis apportant. Quod si non & mihi iam plane exhausto proximæ nundine argenti subsidium attulerint, nō posterò hic diutius durare, MO. Pecunias quidē, id quod satis scio, accipiam nullas, pannū tamē in uestem hybernam se discedenti mihi missurum promisit pater, GAS. Utinam uterq; uotī cōpos fiat, ut & tu cōmodius uestitus, & ego nummatior urgentis hyemis iniurias minori negotio propulsare queamus.

DIALOGVS. II.  
OSVALDV,

DIALOGVS. II.  
OSVALDV S, ET MICHAEL.  
de natali celebrando, de receptis  
pecunijs, deq; bono  
cuiusc; genio.

**N**on tu hodie tuum natalem celebras,  
atq; nos tuos sodaleis conuiuio exci-  
pis? An ignoras hunc diem diuino Michaeli,  
cuius tu nomen refers, esse sacrum? MICH.  
Scio equidem, quid autem facerem, quando  
ne obulum quidem habeo, quo panem eme-  
re queam, nedum conuiuia agitarem? OS.  
Non his nundinis a parentibus tibi nummi  
sunt missi? MICH. Sunt utiq; sed ante nundi-  
narum exitum, e mercatore, qui literas modo  
dedit, extorquere possum nihil, ait enim sibi  
in tanto hominum strepitu otium ad nume-  
randas pecunias non esse, alioqui non modo  
natalem meum conuiuio exciperem, sed &  
genio bono (quem angelū dicimus) peculia-  
ri aliqua hilaritate gratificarer. OS. Itaq; Te-  
rentiano illo satis excusati sumus, vt quimus,  
aiunt, quando, ut uolumus, non licet.

DIALOGVS. III.  
A iiiij PETRVS,

DIALOGVS. III.  
PETRVS, ET PAVLVS.  
de reditu in patriam, de literis a  
parentibus acceptis, dec̄  
missione flagitanda.

**S**Alve mi Paule. PAV. Et tu sodalium iu-  
scundissime Petre, Sed qd adeo es tristis;  
nam; ex quo cōmūnīa studia, idemq; hic  
ludus, mutua nos familiaritate iunxerunt, vul-  
tu alaci, & festivo mihi semper es uisus. Ut  
ex his, quos hic habet ludus, fuerit nemo, qui  
non te familiariter uti concupuerit, nunc, ne  
scio quomodo, aliis uideris. PET. Et mirum  
tibi uidetur, si vultu sum tristi, cum eiusmodi  
quiddam mihi accidat, quod studiorum meo  
rum progressum non parū queat remorari;  
PAV. Quid illud quæso? Nam graue ali-  
quid sit oportet, quod te aditescientem con-  
stantem a studijs deducat. PET. Dicam pau-  
cis. Iam annus ferme est, ex quo ludi huius  
nostrī celebritate exitus huc ad capiendū in-  
genij cultum concessi, quo tempore, studio-  
rum meorū uix rationem inueni, cum mihi e  
patria offeruntur literæ, quæ me domū, quasi  
ex medio

## DIALOGVS. III.

ex medio studiorū cursu reuocant. Et, quod  
me omnīū maxime male habet, redditus mei  
causas non edunt. Nec scire possum, an hue  
tandem liceat remigrare. PAV. Qui scis, an  
ad fortunam aliquam auoceris? PET. Nulla  
mihi fortuna potest incidere tāta, cuius respe-  
ctu literas queam posthabere. PAV. At pa-  
rentibus est obsequendum. PET. Hoc illud  
est, quod me mouet, quod me hinc domū ex-  
trudit. Alioqui, tametsi nō tantū est æris, quo  
hanc hyemem transmittere queam, tamē præ-  
studiorū amore uictum mendicando hostia-  
tim queritassem. PAV. Non anteç hinc ab-  
eas, nunç forsitan rediturus, conuiuū inter  
nos agitabimus? PET. Conuiuia agitarem,  
qui ad supellectilis meæ sarcinam componē-  
dam uix tempus habeo? Immo iam recta ad  
ludimagistrum pergo missionem efflagitatu-  
rus, qua ubi fuero consecutus, conterraneo-  
rum meorū literis, quas ad parētes suos mihi  
dabunt, acceptis, statim iter ingrediar. Quare  
rectissime uale mi Paule, mutuae nostræ con-  
suetudinæ memor. Quod si quando dabitur  
ocium, fac de studiorū tuorum ratiōe, & ludi

A v huius statu

## DIALOGVS. III.

huius statu me literis tuis certiore reddas.  
PAV. Facia sedulo mi Petre, & lubens qui-  
dem. Sed heus tu: PE. Quid est? PAV. Con-  
terraneos tuos, quorum consuetudo, dum hic  
eram, utriq; nostrum erat grata, meo nomine dili-  
genter salutes uelim. PE. Sat est, faciam.

## DIALOGVS. IIII.

PANDVLVS, PETRVS, ET LV-  
DIMAGISTER. de cōueniendo præ-  
ceptore, missione impetranda, de  
q; gratijs præcepto  
ri agendis.

**Q**uis es, qui trepide adeo pulsas hosti-  
um? En Petre, tun pulsasti? PE. Pulsaui.  
PAN. Sed qua gratia huc intromitti postu-  
las, nō ut magistrū conuenias? PE. Maxime,  
si est intus, habeo qd cum eo agā ipse. PAN.  
est intus, Sed mane paulisper, dum huc tibi re-  
nuntio, an hoc tēporis articulo ei te audire ua-  
cet. Here, scholasticus quispiā foris expectat,  
qui, si non sit molestū, cupit te de re quāpiam  
conuenire. LV. Quin huc adest. PAN. Iam  
iam aderit. PE. Salutē p̄ceptor optime. Au-  
cor hinc

## DIALOGVS. III.

cor hinc in patriā serijs parentū meorū literis,  
& si non auocarer, ipsa tamē æris egestas, &  
item nuditas domū abigere me possent. Itaq;  
gr̄as ago tibi imortales obseruantissime præ-  
ceptor, quod me primū in tuam disciplinā hu-  
manissime recipere dignatus es, deinde, ex  
quo tuæ scholæ fui sectator, & fideliter, & ac-  
curate tam literis bonis, quā rectis moribus  
explōre studiasti. Porro quia, ut dixi, non  
amplius hic morari licet, quā possum amāter  
oro, ut qua humanitate me hactenus tracta-  
sti, eadem & migrandi potestate concedas.  
Etenim, si modo id pace fiet tua, cras prima  
luce iter sumus ingressuri. LVDI. Si quid fe-  
ci quod gratū sit adulescens studiose, hoc to-  
tum non mihi, sed p̄ceptoris officio feres ac-  
ceptū, cæterū, quando te hinc parentū literis  
auocari dicis, abi me permittente bonis au-  
bus, quocūq; te uel parētes uocant, uel recti-  
us forsan consiliū hortatur. PE. Sed illic, qua  
iter sum facturus, amicos ne aliquos habes,  
quos literis salutare cupias? quādoquidē ipse  
preferendi onus in me lubens recipio. LV.  
Non admodum, & ut maxime haberem, tot  
tamen alijs

## DIALOGVS. V.

tamen alijs negotijs in præsentia districto scribere non uacaret. Quare tu, quod ad literas attinet, securus iter destinatum, quando lusbet, capesse. PET. Bene uale.

## DIALOGVS. V.

### MARCVS, ET IOANNES.

de excipiendis scholasticis aliunde  
aduenientibus, deq; Græcæ  
literaturæ rudimētis in pri  
ma ætate addiscendis.

**V**NDE nobis aduenis mi Ioānes? aut quo  
anīo huc ad nos es profectus? neq; em  
opīnor ludi huius gratia uenis, qui ante  
tot, atq; item aliorū literis inuitatus huc per  
trahi non potuisti. IO. Immo hac ipsa causa  
adsum. MAR. Vtcunq; sit, gaudeo te festis  
uissimū sodalem nobis redditū. Et hic aduen  
tus tuus non mihi solum, sed omnibus, qui te  
norunt, optatus est. Sed em aperias oro, quid  
nam sit illud, quod te tandem huc allexerit?  
IO. Vis scire? MAR. Volo. IOAn. Audies.  
Quū primū puber factus grauiori paulo cu  
ra præceptorē scriptores Latinos prælegen  
tem audire

## DIALOGVS. V.

cēm audire cœpissēm, subinde græculæ alīz  
quot uoces nobis occurrebāt, quo loco præ  
ceptor suo munere egregie se putabat per-  
fungi, quoties obiter tantū admoneret esse ea  
græca, perinde ac si peregrina ad nos nihil at  
tinerent. Hic quid alijs audientibus in mentē  
uenerint, nescio, equidem sic cogitabam, si ad  
nos hæc non pertinēt, ut nec cognita doctū,  
nec incognita imperitū reddant, cur non ex  
libris, tanquā offendicula quædam, penitus  
eradimus? Deinde mirabar ueterū scriptorū  
pene omniū curiositatem, qui non solum ma-  
gna cura perigrinas istas nugas didicissent,  
sed & libris suis, uelut maculas quasdam, in-  
sperfissent. Postremo quanquā a præceptore  
libere dissentire erat religio, tamē cum audi-  
rem esse uiros graues multos, qui has, sicuti  
tum putabatur, nugas amplecterentur, profi-  
terenturq; paulatim circūspicere cœpi, utrū  
credere mallem magistrum ne meum potius  
ignorantia labi, an totam semel antiquitatē, et  
ex recentioribus optimos quosq; pueriliter  
delirare. Itaq; sic mihi inter hoc fluctuanti, &  
in quā partem inclinarē hæsitanti, forte fortu-  
na cecidit,

## DIALOGVS. V.

na cecidit, ut Marci Tullij Ciceronis libros de officijs enarrantos p̄ceptor susciperet, in cuius lectionis ingressu statim in ipsa p̄fatione grauissimus ille & phūs, & orator unico suo filio suadet, ut Graeca cum Latinis coniugat, quo par sit in utriuscq; ōronis facultate. Hoc ubi p̄ceptore dissimulante mihi arripuisse, grauiter dolere coepi negatā nobis occasiōne eas l̄ras descendī, quarū stndiū, si essent inutiles, nec laudaret consul Romanus, nec filio unico iniūgeret prudētissimus pater. MAR. Iam uideo quo tēdas. IO. Mane, nōdum oia habes. Cum hæc subiratus mecum agitarem, ecce rumor apud nos increbescit, in hæc laudiatissimā academiā principis munificentia ac cersitos, qui publice Graecas l̄ras doceant, & ex eorū uelut fontibus nōnihil quoq; in l̄dum literariū derūrari. Hæc fama partim l̄ris, partim cōmeantibus cōfirmata illinc me utriusq; eruditionis cupidū exciuit, & huc appulit. Hæc cur adienerim, nimirum ut in hoc uestro ludo & Graece linguae elemēta saltem liceat percipere. MAR. Dubio procul uotū cōpos eris, neq; aliquo alio scelicius te conferre potuſ

## DIALOGVS. VI.

ferre potuisses, adeo hīc oīa nobis sunt com-  
moda. Denīq; quod peculiariter ad rem per-  
tinet, ludus, si quisq; alibi, instructissimus. IO.  
Sed quando satis fabulati sumus, hanc operā  
non negabis, opinor, ut me ad Ludi modera-  
tōrē deducas, siquidē iam statim nomen meū  
in hanc literariā militiam dare sum paratus.  
MAR. Faciam ac lubens, tu me sequere.

## DIALOGVS. VI.

MAR. LVDIMA. IOAN.

de recipiendis in disciplinam  
scholasticis.

ENtibi p̄ceptor optime adduco hīc quen-  
dam, cum quo iam annos aliquot mihi  
fuit familiaritas, hoīem bonū & studiosum, is  
tui ludi fama excitus, huc appulit. Quare ma-  
gnæ foelicitatis loco ducet, si se in tuorū gre-  
gem recipere dignatus fueris. LVDI. Adu-  
lescens bone qd tibi est nomen: IO. Est mihi  
nomen Ioannes. LVDI. Faustum plane no-  
men es sortitus, quippe hoc Hebræis a gra-  
tia dicitur, quamobrem summa ope tibi est  
enitendum, ut tam gratosi hominis expecta-  
tioni pro

## DIALOGVS. VI.

tioni pro tua uirili respondeas. IO. Equidem  
pro uiribus sedulo dabo operam, tecq; in hoc  
mihi adiutorem fore spero. LVDI. Sed &  
ipsa corporis tui facies animū subesse osten-  
dit, qui necq; a literis, necq; uirtutibus abhorre-  
at, adeo, ut si fortiter egeris, et de te dici demū  
possit illud, Gratior est pulchro ueniens e cor-  
pore uirtus, quo libentius te in meā discipli-  
nam recipio, si modo das fidem te boni disci-  
puli officio apud me functurū. IO. Do fidem  
me in omnibus quod rectum erit, quodq; tu  
uisseris, facturum. LVDI. Ita spero quidem,  
sed quae tibi est patriæ ut in rationarium hoc  
quoq; adscribam. IO. Patria mihi est Auba,  
oppidum Franciæ orientalis, non procul ab  
Herbipoli, celebri sacerdotum sede, situm.  
LVDI. Sat habeo, quod supereft, curabitur  
tibi pro tua sorte, cōmoditateq; domicilium,  
ac tu quidem in eo sicut te gere, ne aliqua ma-  
cula hinc in nostram scholam redundet. IO.  
Quod ad hanc rem attinet, securus esto opti-  
me præceptor, nam, ut inquilinum decet, mo-  
destissime agam. Nunquid eliud mihi uis in-  
tingere? LVDI. Nihil, nam si quid super-  
est tibi præ-

## DIALOGVS. VII.

est tibi præstandum . quotidie inter prælegendum a nobis dicetur.

## DIALOGVS. VII.

JOSEPHVS, ET CLEANTHES.

de domicilio commodo, atq; in  
commodo, de paupertate,  
ac opulentia scho-  
lasticorum.

**Q** Vid agitur mi Cleanthes? Contigit ne  
tibi cōmoda habitādi ratio; aut adhuc  
in certis sedibus oberras? CLE. Contigit qui  
dem habitaculū, sed eius cōmoditas tanta nō  
est, quantā fore sperauī, siquidem spes erat fo  
re, ut ciuiis alicuius beneficio una cum domi  
cilio & uiictum qualemcunq; nanciserer, ue  
rum multo aliter euenit. Nam uix impetrare  
potui, ut pro locario statuto mihi angulus in  
ludo locaretur, uiictum uero, quando pecu  
niæ est parum, hostiatim emendicari oportet  
bit, nisi forte melior mihi fortuna posthac ob  
uenerit. Tu autem fœlix es mi Iosephe, tui pa  
rentes tantū sumptumi supeditare sufficiunt,

B quantum

## DIALOGVS. VII.

quantum ad studiorum commoditatem est satis. IOSE. Est, dijs gratia, unde hæc commoda mihi parem, sed quo plura mihi sunt ad disciplinas parandas commoda, eo ipso grauiori dignus essem odio, si non plus, quam uestrum quispiam didicero. Attamen nec uos de mediocri studiorum uestrorum profectu desperare decet, quandoquidem constat multos humili natos loco, ad hæc nullis omnino fortunæ dotibus adiutos ad eruditio[n]is fastigium ascendisse. An non Democritus ille physicus ex baiulo factus est philosophus? Non Cleanthes, cuius tu nomen refers, aquis noctu hauriendis diurnum uitium sibi quæsiuit? & quem Stoicum hic non æquauit? Sed & Plautus inter ipsos pistrinæ molestos labores laudatissimas illas comedias conscripsit. CLEAN. His, & eiusmodi alijs exemplis animatus in studijs persevero, alioqui me iampridem ad manuarium aliquod artificium transtulisse. Quanquam sunt mei ordinis pleriq[ue] adolescentes in ludis magis putrescentes, quam studentes, adeo infoelici ingenio, ut ad nullas literas sint appositi.

## DIALOGVS. VIII.

appositi, hi mihi nulli alij usui esse uidentur in ciuitatibus, quam quod alios mendicos, dum eis panem præripiunt, ex urbibus pellunt. ijs ego consulerem, ut se ad aliquod aliud stu- diū applicarent. IOSE. Probe dicas mi Cle- anthes, nam si omnes eiusmodi essent inge- nio prædicti, quali tu, fouendos modis omni- bus putarem. Certe, quod ad te attinet, spero propediem tibi meliorem fore conditionem, nempe ut apud ciuem quempiam, cui non- nunquā inseruias, omnem studiorum cōmo- ditatem sis habiturus. CLE. Utinam deus ita faxit. IOSE. Faxit, ne dubita, & in hoc mea commendatione iurabere,

## DIALOGVS. VIII.

ANDREAS, AC PHILIPPVS,  
de uindemia, & auicupio  
loquuntur.

**V**TINAM mi Philippe iam domi aptid pa- rentes ageremus. PHILIP. Quid ita? ANDRE. Rogas? imminet iam uindemiæ tempus, quo nullum toto anno nostratisbus B ij accidit

## DIALOGVS. VIII.

accidit lætius. PHILIP. Quid ego audior? tu ne simul uinitorē uis gerere, & literarum cultorem? ANDRE. Animi causa racemos decerperemus, degustaremus e lacu mustū, necq; enim diutius abesse optarem, quam mustū in dolia conditum deferbuisset, despū massetq;, ad hæc decoqueremus sapam, de frutum, ac uini ueteris fecem. Quid? quod nobis liceret & aucupio uoluptatem quædere, siquidem uolucres captaremus iam retibus explicatis, iam pedicis fixis, nonnunquam uero & uiminiibus uisco illitis. PHILIP. Sine parentes harum rerū curam gerant, tū si sapis, in literis te oblecta. AN. Atqui audiū magnos uiros in eiusmodi rusticis rebus oblectationem quæsluisse. PHILIP. Recte, quando magnis uiris hæc sunt permittenda, nobis uero, qui nondum ultra primas literas progressi sumus, non itidem. AN. Semper tu quidem meis affectibus obstrepis non miseras, quam præceptor. PHILIP. Quod ad me attinet, age, age, ut lubet, me certe non habebis huius tuæ stultitiæ comitem.

## DIALOGVS.

DIALOGVS. IX.

THOMAS, ET HIERONY  
mus, de authoribus proximo se-  
mestri in schola præ-  
legendis.

**Q**uid est quod illac uenis Hieronyme,  
aut ubi fuisti? **HIE.** Redeo a præcepto  
re eo, qui a ludimastro primas tenet. **THO.**  
**A**ge, quid is narrat de authoribus hoc seme-  
stri prælegendis, iam enim, sicut opinor, eo-  
rum delectum habuerunt. **HIERO.** Habue-  
runt, idq; sicuti dici audio, prudenter, nam  
præter utriusq; linguæ rudimenta, ex Fabij  
præscripto coniunctim tradenda, primū Te-  
rentianas comoedias exponendas suscep-  
runt, quod hic scriptor ex Latinis pene solus  
Romani sermonis nativam, & genuinā pro-  
prietatem retineat, adeo ut nec Marcum Tul-  
lium, oratorū principem, puduerit ad huius  
exemplum orationes suas formare, deinde  
Marci Tullij officia, quod is liber non lingua  
solum eloquentia poliat, sed & pectus rectis  
moribus instruat, unde & Pliniū iudicio non

B ij legendus,

## DIALOGVS. IX.

legendus, sed ad uerbum sit ediscendus, postremo aliquot Virgiliani poematis libri exponentur, nempe ut Augustini iudicio optimus poeta teneris animis infixus in omnem usq; uitam hæreat. Ad hæc, quando parum est æquum, Christianos in gentilium librī esse totos, eis diebus, quibus ferias agimus, elegantissimos simul, et grauiissimos hymnos nos Aurelij Prudentij, grauis, & sancti uiri, audiemus, aut si displiceant, Enchiridion militis Christiani ab Erasmo Roterodamo accuratissime elaboratum. Quæ si(ut spero) ex pro suo officio explicarint accurate præceptores, & nos pari diligentia exceperimus, non opinor male hoc semestre nobis fore collocatum. THO. Non iniuria hunc laudant delectum mihi Hieronyme, neq; enim unquam eorum mihi placuit institutum, qui his, & id genus alijs optimis scriptoribus posthabitis, in Apuleio, Capella, & eius farinæ auctoribus cæteris bonas horas male collocat, qui scriptores Ciceroniana eloquentia non contenti sibi solis nouam dicendi rationem inuenierunt, quasi non summum sit orationis uitium,

## DIALOGVS. IX.

uitium , a communi dicendi consuetudine abhorre. Nam qui citra delectum Catullos, Tibullos, Martiales, & huiusmodi enarrant, & per hoc discipulos peregrina, & prodigiosa docent uitia , hi mihi non uerbis , sed uerberibus coercendi uidentur, hi enim sunt illi poetæ , quos solos e republica sua pellenados statuit Plato. Atq; hæc non ex me dico, sed quod sic censentes audiuerim doctissimos pariter , & integerrimos uiros. HIERONY. Recte ergo facit ludi noster magister, qui eiusmodi nihil in scholam suam irripere sinit. Sed ego iam recta hinc in bibliopolium concedam, libros, de quibus dixi, empturus. THO. Nostin quanti hæc simul emi possint? HIERONY. Haud dum licitus sum, opinor aureo nummo, siquidem audio indicari argenteis uigintiquattuor. THO. Bene habet, quod non pluris uenduntur, alioqui, quæ mea est egestas, coemere non sufficerem. HIERONY. Eamus ergo. THO. Quando uis, in me non est mora.

## DIALOGVS. X.

B iiiij STEPHAS

DIALOGVS. X.  
STEPHANVS, ET LAVREN  
tius, complectens formulas lo-  
quendi de ferijs.

**Q**Vem aiunt hodie apud populum in templo nostro concionaturum mihi LAVREN. Audio quempiam emonachis in suggestum proditurum. STEPHA. Miror, non insignem aliquem theologum ei negotio adhiberi, maxime, cum ingens hominum turba hodie in hanc aedem confluat, propterea, quod sacrificus quidam nuper in sacerdotum ordinem assumptus, primum sacra faciet. LAVREN. Et mihi mirum uideatur, quanquam, quod ad me attinet, uellem concio quam breuissima haberetur. Etenim iam nunc uehementer esurio, bidoano iam pene ieunio maceratus. Nam his diebus, quibus a carnis abstinet, nunquam abeo recte satur. STEPHA. Duas adhuc horas edendi aueritas tibi est reprimenda, siquidem praeter concionem, quae horam poscit, scis quantum temporis in summo sacrificio choraula sibi sumat, quem etiam pene superant haec nostræ cantiones,

## DIALOGVS. XI.

cantiones, supra modū prolixæ. LAV. Male  
sit istis, qui harum rerū nobis sunt authores.  
Ipse certe statim, ubi peractum fuerit sacrum,  
ad diuitium ostia citato adeo cursu contendā,  
ut si non in primis, secundis saltē, & tertījs  
stipem accipiam. STEPHA. Sed me uix an-  
teuerter, LAV. Res ipsa indicabit,

## DIALOGVS. XI.

CLEMENS, ET REMIGIVS.

de die a ferijs secundo, quem

Martis uocant, con-  
fabulantur.

**V**AE nobis mi Remigi, ultra præscriptū  
dormiuimus. Iam enim Sol undiq; ples-  
na luce resplendet, ut septimæ horæ signum  
datum liceat coniçere. RE. Non opinor, cœ-  
lum alioqui praeter morem est serenum. Eti-  
amsi alias hoc die somnolentiæ meæ poenas  
non raro dedi. CLE. Vt cunq; sit, male me-  
tuō mihi a ferula, quare occasionem aliquā,  
qua hodie e scholis emanere liceat, quærām.  
RE. Quam eam; CLE. Scis quid a nobis he-  
B v ri contende

## DIALOGVS. XI.

ri contenderit hera nostra; CLE. Scio, nem-  
pe ut familiam hauriendis aquis iuuemus.  
Sed quid tum; REMIGI. Hæc erit rima satis  
idonea, per quam elabantur, quamobrem tu  
um erit, ubi octauæ signum auditum fuerit,  
quasi e medijs laboribus in ludum ingredi,  
atq; præceptoribus emanendi copiam posce-  
re, hac ipsa, quam dixi, causa assignata. CLE.  
Vereor ut procedat commentum, quando-  
quidem hoc die, quo funus magnificum est  
deducendum, & defuncti manibus paren-  
tandum, uix facultatem hanc dabit, & alios  
qui pauci iam adsunt, qui pompam instru-  
ant. REMIGI. Tentandum est, utcunq;  
res exeat, ac, nescio quomodo, hac die mihi  
semper inuisum est scholas adire, non minus,  
quam si in pistrinum aliquod mihi sit redeun-  
dum. Credo quod pridiani otii sensus adhuc  
reliquis sic reluctantem faciat.

## DIALOGVS. XII.

BVRCHARDVS, ET ALBINVS,  
de nuptijs, balneis, ac uisce-  
rationibus.

Nuptias

## DIALOGVS. XII.

**N**Vptias hodie futuras aīunt Albine, tu  
quippām ea de re audisti? ALBI. Aus  
diui. BVR. Danda est opera, ut & nos  
enuptialibus cibis aliquid acquirāmus. AL.  
Quod ad cibum attinet, hodie nihil moror,  
heri em̄ mihi prospexi, unde hunc diem com  
mode liceat transfigere, sed quod a prandio  
saltationem in theatro spectare non possum,  
hoc uero est, quod me male habet. BVR. At  
quid uetat, quo minus spectes? ALBI. Ignor  
ras forsan in hunc diem nobis p̄ij cuiuspām  
beneficio balneas gratuito condictas, a qui  
bus abesse saltationis spectandæ studio an tu  
putas fore consultum? BVR. Vide, nisi sub  
monuisses, egregie fuissēm oblitus, neq; ue  
nisset in mentem uiscerationis, quæ & ipsa in  
hodiernum diem est constituta. Valeant nu  
ptiæ cum sponso, ac sponsa, nos quæ propi  
us ad nos pertinent, curemus.

## DIALOGVS. XIII. XYSTVS, ET ALEXANDER, de ingenij præstantia contendunt.

Fœlix tu

## DIALOGVS. XIII.

**F**oelix tu quidem es mi Alexander, cui in genium tam fœcundum, tamque perspicax contigit. ALEX. Est nobis, Christo deo gratia, non omnino infoelix, sed tamen non tantum, quam forsan tibi uidetur. Fit enim, nescio quomodo, ut nostri nosmet pœnitentiat, aliena fere suspiciamus. XYST. Et tu, quantum audio, aliquid insuper desyderas. ALEX. Qui nimirum quādo memoriam mihi sentio omnino fluxam, & parum tenacem, nam, ut facile quæ traduntur percipio, ita non sine maximo negotio percepta retineo. XYS. At ego difficulter intelligo, uerum semel intellecta diutissime reseruo, et, ut video, tibi cæreum est ingenium, mihi uero saxeum. Cetero quiduis facile impresseris, at impressum uestigium statim euanescit, saxon, tametsi quid non sine labore insculpitur, semel tamen insculptum, multis sæculis durat. ALEX. Repte plane confers, sed hoc me male habet, quod uideas plerosq; ingenio numeris omnibus fœlicissimo præditos, at uicissim moribus adeo turpibus, ut non inepte dixeris, eorum igenia male habitare. XYST. Credo dicerium

## DIALOGVS. XIII.

Eterium hoc uetus esse, & olim de Galba, ho  
mine ad prodigium usq; deformi, dictum, sic  
enim audire cōmemini. ALEX. Probe, sed  
nec ipse, opinor, inepte hic detorsi.

## DIALOGVS. XIV.

SERVIVS, ET SVLPITIVS.  
de signo tintinnabulorum, dec̄p  
immodico somno.

**Q**VIN surgis Sulpiti? Iam tintinnabula  
ultimū dilucularis sacrificij signum de-  
derunt, & non ignoras, quanto hominū fre-  
quentia hoc sacrum peragatur, ut flagitium  
plane sit, nos in tempore non adesse. SVL.  
Iam iam surgam, tametsi caput adhuc sopore  
graue sentio, utinā liceret ad satietatem usq;  
dormire. Imitarer certe hodie Horatianos il-  
los iuuenes, quibus pulchrum uidetur in me-  
dios dormire dies. SERVI. At ego te diutiz-  
us non opperior, ne hæc mora mihi plagas  
lucrificiat. Ego hinc abeo, tu quando lubet  
sequere, aut tuo periculo dormi. SVL. Iam  
iam te comitabor, ne festina tantopere. SER.  
Nihil moror, nunc non est nugandi locus. a  
prandio

## DIALOGVS. XV.

prandio uero, ubi pro more nobis a studijs  
remissio data fuerit, nugabimur.

## DIALOGVS. XV.

HENRICVS, ET FRIDERICVS.  
de ludendi ratione aiunt.

**T**V nobiscū pila ludes Friderice: an cum  
istis cursu mauis certare? FRI. Mallem  
cum uno, & altero iocundo sodali deambu-  
latū ire. HEn. Quin tu ante paulisper pila col-  
ludis, postea & nos una tecū deābulabimus.  
FRI. At ego huiuscē ludi non admodū sum  
peritus, nā nec caute pilā mittere, nec missam  
manū satis certa excipere sufficio. HEN. Ni-  
hil est, quod d' hac grā sis sollicitus, ipsa rei exer-  
citatio te satis, quid facto opus sit, admonebit.  
Quod si hinc modis omnibus abhorres, age  
ludū minoris negotij, nempe globularē, inci-  
piamus. FRI. Quando ita vultis, non recuso,  
tametsi p̄ter risum spectantiū nihil me lucratu-  
rum scio. Siquidem ubi decies aberraro, uix  
semel tandem ferio, idq; casu magis, quā arte.  
HEN. Nō magni refert in hoc certamie uiu-  
cas, an uiñcaris, neq; em caput agit, aut pro  
pecunia certat.

DIALO-

DIALOGVS. XVI.  
IVLIANVS, ET DAMIANVS,  
de quæstionibus commissorum,  
quæ die ueneris in ludi  
exercentur.

**E**O noster Damiane, adeſt rurſus dies, quem ego nō minus nobis nefastum & execrandum puto, quam olim Romani illum, quo in Cannensi pugna tot Romano- rum millia ab Annibale sunt trucidata. **DA- MIA.** Quid ita? Num malí aliquid huic scho- læ ex hoc die impendet? **IVLIA.** Et tu nescis, præfertim tot annos in ludis uersatus? **DA.** Qui scire possum scholę huius consuetudinē nuper admodū huc pfectus? **IVLIA.** Quæſtio- nes hodie fiunt in ludo non aliter, quam qua- dam carnificina. **DA.** Quid narras? **IVLIA.** Vera quidē, nam de singulis, quæ per totū ſe- ptimanę cursum quoquo modo cōmisiſimus, hodie qscq; pro ſe poenas dare cogimur. **DA- MIA.** At qui ſcire poſſunt preceptores, quæ ſinguli nos designemus? **IVLIA.** Arte qua- dam omnia explicantur, ut nihil illis occul- tum eſſe

## DIALOGVS. XVI.

tum esse possit. DAMI. Quid ita? Num diu  
nationum sunt periti? IVLI. Minime, sed alia  
via eodem perueniunt, nam aliquot clanculū  
in hoc selectis prouinciā dant, nos suos cōmi  
litones deferēdi, prodendiqz, ut nusquā quic  
quam oīno tuto agere queamus. Semper em  
uerēndū, ne quispiam ex eiusmodi Coryceis  
nos auscultet, & lupus sit in fabula, hoc est,  
ille ipse nobis ignorantibus adsit, qui quasi  
conductitius proditor oīa ad praeceptorem  
deferat. DA. Hoc illud forsitan est, quod lupū  
audio appellari, nam nomē solum in ea scho  
la, ubi ante egi, iactabatur. IV. Is ipse est ille  
clancularius lupus, quē nos miselli non mi  
nus odiosum habemus, quā feram illam qua  
drupedem horrent oues. DA. Vereor ne &  
nos hodie deferat, quāobrem cogitandū mi  
hi est, ut si forsitan reus fuero, uel me expurgē,  
uel quā minima pœna defungar.

## DIALOGVS. XVII.

PETRVS, ET PAVLVS, grauiter  
ferunt desyderiū feriarum, deqz ca  
pite lauando agunt.

Quam uel

## DIALOGVS. XXII.

IACOBVS, ET THOMAS,  
de uarijs spectaculis col-  
loquuntur.

Vid cras sit futurum audistin? THO.  
**Q**Nihil equidem, nisi quæ alias fieri con-  
sueuerunt. IACO. De spectaculis ni-  
hil? THO. Nihil plane, num edentur aliquæ  
IACO. Edentur, & quidem uaria, nam fu-  
nambulos duos adesse audio, qui cras sui ar-  
tificij miraculum ostentabunt. Tum Sarmae-  
tas aliquod ipse, qui immanes ursos ad exigui-  
am stipem iuxta lituorum cantus saltitantes  
exhibebunt. THO. Curabo quoquomodo  
ut & ipse intersim, etiam si me ipse intrudere  
debeam. IACO. Vix poteris, quandoqui-  
dem qui non numerant, foras quatuntur.  
THO. Fallam ipsos ianitores. IAC. Ad hæc  
princeps ipse in foro paria aliquot equitum  
exhibebit, qui inter se infestis hastis con-  
current. Post quos circum ingredientur item  
equites a calce ad uerticem usq; armati, quos  
C. iiiij cataphrata.

## DIALOGVS. XXIII.

cataphrattos uocant. Hi cateruatim sine ullo,  
aut ordine, aut arte aliis in alium irruent, &  
se mutuis iictibus ab equis defcent. Nam in  
hoc circus undiq; est circumseptus, & ne, qui  
cederint, grauius laedantur, simo instratus.  
THO. Quam quæso te uoluptatem ex tam  
furioso & minime iucundo certamine capi-  
unt isti? IACO. Quid: nullas non lauitias  
præ hac uoluptate contemnunt, præterquæ,  
quod hoc tyrocinio ad serios hostium con-  
gressus præparantur, & quasi animantur.  
THO. Vt cuncti sit, spectabo & ipse quo  
modo res agatur.

## DIALOGVS. XXIII.

CHOVNRADVS, ET AEGIDIUS,  
de iejuniorum ratione differunt.

**M**ale sit istis, nescio quibus, qui totum  
pene annum iejunis onerarunt. Necq;  
enim satis fuit eis, quadraginta dies per  
petuo Christi iejunio esse sacros, nisi insuper  
quarta quaq; anni parte, aliquot dies nos ma-  
cerassent.

DIALOGVS. XXVI.  
VALERIVS, ET NICOLAVS,  
de cereis in ferijs beatæ uirginis  
gestandis agunt.

**Q**uid tu cereum non habes mi NICO.  
lae: NICO. Vnde haberem, qui nec  
pecuniam, qua uictum emere possim,  
habeo: Sed si domi apud meos agerem, nu-  
gas eiusmodi mihi pararet mater. VALE.  
Et tu nugas uocare audes res sacras: NICO.  
Quid ni: necq; enim statim fuero hæreticus,  
etiam si nullum gestem cereum, maxime cum  
non sit unde emam, tum & Christo putarem  
longe fore gratius, si sumptus, quos cereis ex-  
mendis facimus, in pauperum usus conuer-  
terentur. VALE. Atqui est hæc laudabilis  
consuetudo: NICO. Est omnino, sed non  
adeo, ut præ ea meliora, & magis Christiana  
officia negli debeant. VALE. Recte putas,  
nam & ipse sæpe stultam muliercularum pie-  
tatem risi, quæ suffigendis etiam quotidie cæ-  
reis triginta sex, adeo sibi placent, ut per hoc  
coelum se demereri credant, quantumuis for-  
titer in plateis pauperes esuriant.

DIALO-

## DIALOGVS. XXVII.

FABIANVS, ET FRANCÍSCVS.  
de bacchanalibus Christiano-  
rum fabulanit.

**Q**uid causæ est Francisce, quod herilus  
dum non es ingressus? FRAN. Gra-  
uius ex capite laborabam, ut lucem  
ferre non possem. FABIA. Belle morbum  
excusas, quādo vulgare iam est scholasticos,  
si quando uel discendi sudorem horreant, uel  
ferulam metuant, ignauiae suæ ualetudinem  
prætexere, ut scholasticus morbus pro assi-  
mulato & conficto, iam pridem in proverbi-  
um abierit. FRAN. Quid alij faciant nescio,  
certe quod ad me attinet, mallem decies feru-  
lam pati, quam semel in eum dolorem reci-  
dere, etiam si uix dum plane reuialui. Sed qd  
tute iam hic uersaris: an non horam iam est  
præceptoribus auscultandi? FABI. Est, sed  
ob haec Christianorum quasi bacchanalia tri-  
dui missionem nobis dedit præceptor. Ve-  
tuit tamen graui, si quis dicto audiens non  
fuerit, pro-

## DIALOGVS. XIX.

surum me spero, quo hyemem commodius  
transigere ualeam. GEOR. Ita spero qdēm,  
quare ad tempus, ut præsto sis, uide.

## DIALOGVS. XIX.

MARTINVS, ET VALERIVS,  
de ieiunij uiolata religione, deq;  
diuæ Catherinæ, studiorum  
præsidis, numine,

**Q**uid agis omnium impurissime? VA-  
LERI. Quid adeo in me stomacharis,  
qui aliud facio nihil, quam quod ientacu-  
lum capio, an tu ientaculum perinde du-  
cis, ac piaculum? MAR. Quasi non sat gra-  
ue sit piaculum in homine Christiano ieiunij  
religionem uiolare. VALERI. Et hodie est  
indictum ieiunium; dic quo nomine? MAR-  
TI. Scelesti, nescis quas ferias beatæ Cathari-  
næ artium præsidis agendas? VALERI. At  
non putaram præcidanias has ferias ex eccl<sup>e</sup>  
sæ instituto sacras. MARTI. Quid tum? con-  
suetudo recepta est, p lege, & ut nulla sit cons-  
C ij suetudo,

## DIALOGVS. XX.

suetudo, nobis tamen qui literas sectamur,  
quibus hæc uirgo præsidet, hic dies ieiunio  
feligiosissimo fuerat colendus. VALERI.  
Ieiunabo ergo deinceps uel hoc sumpto ien-  
taculo, neq; enim lautum spero prandium,  
& ut vulgo dici audio, bis interdiu male pa-  
sci pro ieiunio est. Tametsi ut tibi me aperiā,  
haec tenus Christum uerum sapientiæ præsi-  
dem putauī, ut qui sapientiæ nomine subin-  
de in ecclesiasticis concionibus celebretur.  
MARTI. Noua quædam inducere conaris,  
at ego communī omnium via ingredi malo.  
VALE. Non audisti illud Pythagore, Per  
publicam uiam ne ambules? MARTI. Mole-  
stus es, tu tuum, ego meū iter ingrediar.

## DIALOGVS. XX.

### HIPPOLYTUS, ET CLETVS. de frigoris iniuria queruntur.

**Q**uā sunt foelices, quibus per opes iam  
licet domi ad caminum, aut calefactum  
hybernaculū ad sidere. CLE. Ediuerso quam  
nos infœlia

## DIALOGVS. XXI.

nos infelices, qui miseri nullis pellibus, im-  
mo nullis pene uestibus aduersum frigoris  
iniuriam armati per medios hymores, niues,  
& glaciem hostiatim querere uitium cogi-  
muri. Sed solatur me illud Flacci.

Qui cupit optatā cursu contingere metam.  
Multa tulit, fecitq; puer, sudauit & alsit,  
Abstinuit Venere et Baccho, qui Pythia can-  
tat. Alioqui, si similis esset exitus illorum &  
noster, non esset, cur non iniurium deum di-  
cerem, qui tam inique res humanas adminis-  
traret. HIPPO. Quin taces, ne quid feroci-  
us in deum effutias.

## DIALOGVS. XXI.

### LVCANVS, ET STATIVS.

de ferijs diui Nicolai, dec̄  
creando episcopo.

**Q**Vid tu nobis adfers noui mi Stati?  
**LVCA.** Nihil, sed in hoc te conue-  
nio, ut de communib; studijs fabu-  
lemur. **STATI.** Gratus ergo mihi tuus es  
**C**uij aduentus,

## DIALOGVS. XXI.

aduentus, adside huc nobis. LVCA. En ad-  
sideo, scis, quid in diuī Nicolai ferijs apud no-  
strates fieri soleat? STA. Qui ipse possem  
scire, cum illic fuerim nunquam? LVCA.  
Dicam ergo paucis, Qui ludum illic literari-  
um frequentant, ex ludimagistri præscripto  
quiempiam e suo grege episcopum creant,  
eumq; magna pompa domum dedicunt, &  
stato tempore in templum reducunt. STA.  
Quid commodi inde capit nouis ille & fa-  
ctitius episcopus? LVCA. Nescio, nisi quod  
conuiuio tandem nescio cuius sumptu instru-  
cto excipitur, & tamen lautissime tractatur.  
STA. Non & interim, dum in magistratu,  
uacationem a discendi munere habet, aut æ-  
que ac cæteri manū ferulæ subdit? LVCA.

Aequo omnino, adeo ut non magis sit  
episcopus, quam sunt hi reges,  
qui in tragœdijs Agamem-  
nonis, aut Priami per-  
sonam gerunt.  
STA. Eiusmo  
di honorem  
mihi ne optarem quidem.

DIALO

## DIALOGVS. XXIIIIL

innocens ætas crudeles barbarorū militum  
gladios est perpetua, cuius rei memoria &  
his ferijs coniuncta est. FRAN. Sed il  
lud quæso quid sibi vult quod sacri  
ficiuli in diui Ioannis ferijs popu  
laribus uinum e sacrato calice  
propinant? PENI. Nescio  
equidem, nisi quod au  
diui hoc poculum,  
ut pote sacrum, an  
tidoti uice esse  
contra ue  
neni pes  
ricus  
la. FRAN.  
At ego nolim  
hac fiducia cicus  
tam bibere, quan  
tumuis sit hoc pocu  
lum, ut dicas, sacrum.

DIALO-

DIALOGVS. XXV.

BRVTVS, ET PETRVTIVS.

de noui anni ingressu lo-  
quuntur, deq; missi-  
tandis strenulis.

F

Austum annum hunc nouum & fœli-  
cem tibi præcor mi Petru: PETRV.  
Et ego ut cum foenore tibi reponam non  
hunc solum, qui iam ingreditur, sed omnia to-  
tius uitæ tēpora beata tibi opto. BRV. Tam-  
etsi mallem strenulam mihi potius dares, quā  
magnificam illam & solennem imprecatio-  
nem. PETRV. At quas strenas dare possit  
Petrutius, qui præter pauculos libellos ha-  
bet plane nihil: BRV. Libellum quempiam  
dares, quando belle quadrat, ut homo literis  
deditus literariorum quoq; det munusculum.  
PETRV. Verum hac liberalitate studiorum  
meorum iacturam facerem, quod nec ipse, si  
modo amicus es, nobis suadebis. BRV. Io-  
cabar tecum, & te, quid animi haberes, uole-  
bam pertentare, cum has consuetudines nec  
ipse magni

## DIALOGVS. XXV.

Ipse magnificiam, ut qui iam saepe audiuerim  
eas nobis e gentilitate relictas. Cuius generis  
esse audio, quod in quibusdam Christiani or  
bis regionibus pridie feriarum, quæ tribus  
magis sunt sacræ, singulæ domus singulos re  
ges creant, nam hæc omnia ex ethnicorum  
saturnalibus in hæc usq; tempora defluxisse  
apparet. PETRV. Quia trium magorum  
mentionem fecisti, uelim sicubi aut audieris,  
aut legeris ipse mihi expedias. primum, quid  
sibi uelit, quod eos diuos alij reges, alij ma  
gos appellant. Quod posterius ego de solis  
maleficis, & præstigiatoribus dici putabam.  
Nam utruncq; ut nosti, in sacris canimus. de  
inde cur hæc feriae græco uocabulo ἡπιφῶνε  
nuncupentur. BRV. Dicam quæ super hac  
repartim ex preceptorē dictante, partim con  
cionatore superiori anno excepti. Principio  
magorum appellatione Chaldaei non ut vul  
gus putat, præstigiatores, sed uiros sapientes  
nuncupant, & secretorum naturæ consciós,  
quorum professio a quibusdam etiam latinis  
magia naturalis dicitur, sed quia hæc res fini  
bus suis non contenta temporis progressu in  
curiosam

## DIALOGVS. XXV.

curiosam quandam dæmonum imposturam  
est delapsa, cœpit honestissimæ artis uocabulo  
lum probro esse. Quod autem ijdem hi re-  
ges in psalmi prophetia dicuntur, non sic est  
acciendiendum, ut hodie sunt reges, hoc est, tot  
ditionum potentes, sed qui quoquo modo  
magistratum gerunt, suntq; numero vulgi  
exempti. Quo modo et Hesiodus corruptos  
iudices & aduocatos θασιλῆας Δωροφάγους ap-  
pellat. Porro apud ueteres theologos græ-  
cos, ut Gregorium Nazianzenum, audio  
ipsa natalitia festa ἐπιφάνια dici consue-  
uisse, quod in his deus homo appa-  
ruerit. Verum quod & magis  
rum ferias hoc uocabulo cele-  
brant, hinc opinor esse,  
quod illis dux stella ap-  
paruerit. Habes  
quæ ego de  
hac quæ-  
stione  
aus-  
diui. Plura si uis,  
ex doctoribus require.

DIALO-

## DIALOGVS. XVII.

**Q**UAM uellem hunc diem abiisse, ut a tot  
totius septianæ laboribus, ac etiā bidui  
fame, ad ferias demū, & carnes liceat re  
dire. PAV. Impatiēs es moræ mi Petre, qui  
cum totam pene septimanā expectaris, diem  
dimidiatum durare non potes. Quid autem  
facies, ubi totis quadraginta diebus a carni  
bus est abstinentia: PE. Recte quidem ob  
iurgas, sed nescio quomodo, quanto uicinio  
res sunt feriæ, tanto magis earū me premit de  
syderiū, sed nunquid aliud dicere uis? Nam  
ego hinc me in tonstrinā conferam caput lo  
tione curaturus. PAV. Et ipse lauandum ca  
put exhiberem, si lotionis mercedem tonsori  
persoluere possem, nunc autem tantum ha  
beo nummum. PE. Sat est, nec ipse pluris la  
uo, tametsi raro hos facio sumptus, nam per  
annī curriculum uix sexies lauo. PAV. At  
sæpe caput a sordibus repurgares, aiunt em̄  
corporis emundatione & ingenium nitidius  
qualsibꝫ purgatiū reddi. PE. Sic quidem fer  
tur, idqꝫ propterea, quod scientiarum sedem  
in capite, utpote rationis domicilio, collocat,  
quare ocyus eamus. PAV. Quando lubet.

C DIALO-

## DIALOGVS. XVIII.

GEORGIVS, ET CHOVN.  
radus de canticis, deq; ferijs  
diui Martini.

**A**Ge mi Chounrade, quo cantico per hanc hyemem stipem colligemus? Et enim in hac urbe mos est, ut scholastici aliquot coniunctim, compositis in hoc cantilenis, diuitium coniuicia exhibarent. CHOVNRA. Tuum hoc fuerit disquirere, qui rei musicæ peritiam habes, quiq; huius scholæ melius, quam ego, tenes. GEOR. Quando in me hanc curam reijs, aliquid minime vulgare despiciam. Sed die ab hinc octauo quid fieri soleat nosti? CHOVNRA. Dic quid? GEOR. Erunt tum feriæ præcidaniæ diui Martini. CHOVN. Quid tum? GEOR. Est tunc messis nobis scholasticis uberrima, siquidem in eius diei uestra non esculenta solum nobis largius solito dantur, sed & stipem egenis dari hostiatim est receptum. CHOVN. Bene tecum agetur, quandoquidem corrasurum me

## DIALOGVS. XXIII.

cerassent. Instat rursus septimana per abstinentiam transigenda. Quod si mihi tanto appetatu prandium apponenteretur, quanto illis, qui ieunia hæc induxerunt, non admodum grauatum eis parerem, nunc cum uix toto anno semel rugientem stomachum exatiem, ad huc ieunijs uexor. AEGIDI. Quid ita stomacharis mi Choutrade in sanctos ecclesiæ patres? qui hæc omnia bono animo statuerunt non nobis, qui hæc nec prestatre per ætatem adigimur, nec per inopiam possumus, sed sui similibus, hoc est diuitibus istis & deliciatis. CHOVNRA. Qui scis hæc? AEGI. Superiori anno e quodam concionatore audiui, qui diuo Hieronymo, quanquam acerrimo ieuniorum exactori, displicere aiebat, maxime in teneris ætatibus longa & immoderata ieunia. Ne quemadmodum ipse scriberet, ante pedes deficiant, quam currere incipient, quare tantum ieuniorum modum imponendum, quantum ferre poterimus. AEGIDI. Habeo gratiam diuo Hieronymo, qui pauperculis nobis, & impatienter esurientibus patrocinatur.

C v DIALO.

## DIALOGVS. XXIII.

PENIVS, ET FRANCISCVS.

de ferijs natalitjs Christi

confabulantur.

**E**T gaudeo, & doleo mi Francisce festa  
hæc natalitia appetere. Gaudeo quidem,  
quod hæc feriæ omnia læta & festiua se-  
cum apportant, doleo autem, quod scholasti-  
cis nobis in addiscendis horum festorū can-  
tionibus grandis est exhauriendus labor.  
Præterea totis diebus in templis algendum.  
Postremo & illud uereor, ne si matutina sa-  
era alto nimis sopore detentus neglexero, &  
plagas mihi lucri faciam. **FRAN.** Vera sunt  
hæc quæ dicis, attamen quando hanc condi-  
tionem accepimus, aduigilandum nobis erit,  
& omnia fortiter perforenda, nam & peiora  
his passi simus, dabit deus his quoq; finem,  
ut taceam hos nostros labores in pietatis cul-  
sum cedere. Certe plus satis delicati essemus,  
si non tantum molestiæ uel pro solo Christo  
deuoraremus, cuius respectu tot infantium  
innocens

## DIALOGVS. XXVIII.

fuerit proposita poena, ne quis opificum istorum manuariorum exemplo larua personatus, uicatim cursitet, quod haec infania cum bonis omnibus, tum maxime Christianis sit indigna. FRAN. At ego iam dudum laruum in huc usum domi inclusam adseruo. FABI. Vide quid agas, nam de laruis cautus est. Porro compotationes, & conciones ciuiles indulxit. FRAN. Parendus erit, alioqui post impermissa gaudia fortiter plorabimus.

## DIALOGVS. XXVIII.

VITVS, ET SEVERVS.  
de ieunio, deq; confessio-  
ne quam uocant.

**Q**uid istud portendit Seuere, quod ita cogitabundus in ambulas: nam mihi arduum quiddam meditari uideris. SEVE. Rogas: quasi non ipsum hoc tem-  
pus te quid agerem, docere possit. VITVS.  
Ieunijs ergo crebris te maceras, ut eiusmodi faciem exhibeas: SEVE. Minime, sed quæ  
D parum re-

## DIALOGVS. XXVIII.

parum religiose in deum conditorem, ac eum  
dem liberatorem male gratus admisi, ea nunc  
in memoriā reuocare studeo. Iam enim tem-  
pus simul, ac ecclesię edictum postulat, ut pec-  
cata nostra diligenter excussa tutis sacerdos-  
tum auribus censenda, deponamus, quo ab  
eis de peccatorum ratione edocti, uidelicet  
quæcūq; leuia, quæcūq; grauiā sint, deinceps cau-  
tius uiuamus. VIT. At incurius ego ne semel  
quidem adhuc de re tanta cogitauī. SEVE.  
Hac ratione nihilo es melior, quin mature no-  
bis hoc munere defungendum est. Nimirum  
ut hoc confitendi onere, quo nullum est gra-  
uius, liberati diuī Gregorij, studiorum præ-  
sidis, ferias agamus expeditiores. VIT. At  
istis ferijs quæso te quid tandem agitur? SE-  
VE. Quia his diuīs studijs, ut dixi, præsidere  
putatur, pueri qui suā ætatem in literis age-  
re uolunt, eo die in hanc nostram militiam  
nomina dant faustis, ut ominantur, auspicijs.  
VIT. Et quando hæ erūt feriæ? SEVE. Die,  
sicut opinor, ab hinc decimo. VIT. Quando  
ita suades, & ipse mihi oricularium sacrum  
(sic enim uocant nonnulli eruditii) quærām,  
in cuius

## DIALOGVS. XXIX.

In cuius sinū mea delicta effundam. SEVE.  
Si lubet, eum accedendi dabitur facultas, quē  
ipse iam semel atq; iterum diligentem sum ex-  
pertus. VIT. At ego mallem oscitantem ali-  
quem, quem non magno negotio in aliquot  
criminibus fallere possem. SEVE. At hoc  
non est Christianum agere, sed vulpi  
nam fraudulentiam referre,  
uerum tu uideris.

## DIALOGVS. XXIX.

### MARCELLVS, ET ANTONIVS.

**S**Alve Antoni. ANTO. Ettū mi Marcel-  
le. MARCEL. Quid est quod ita discur-  
ris: quem quæris? ANTO. Quærō qui  
mecum rūs eat, mihiq; in emendicandis ex-  
more ouis sit socius. MARCEL. At hęc cō-  
fusitudo praua est, & indigna eo, qui se libera  
libus studijs addixerit. Quid enim seruilius,  
quam decem ouorum gratia agrestium cau-  
las hostiatim obambulare, ac interim domi le-  
ctionum iacturam facere? ANTO. Sed un-  
Dij de famem

## DIALOGVS. XXX.

de famem pellam, si non cibos undecimq; conquirere licet; MAR. Hic in urbe quantum naturæ satis est, nancisci, potes, nam quorum beneficio totius anni uictum conquiris, eorumdem benignitate & paucos dies transige re posses. ANTO. Frustra te appello, seuerior est quam ut tecum rem habere uelim, ipsa es sapientia. MAR. Age age ut lubet.

## DIALOGVS. XXX.

PAVLVS, ET LVCAS,  
de sanctorum communione colloquuntur.

**O** Bsecro te mihi Luca modis omnibus nos excutiamus, atq; ab omni peccatorum sorde poenitentiae scopis repurgemus, ne ad tanti principis, qui semel nutu nos perdere potest mensam, illotis quasi manibus accedamus, & panem illum cælestem ac admirandum polluto ore, immo & animo sumamus, de quo heri tam pia, tamq; frugifera disseruit ludimagister. LVCA. Evidem pro mea uirili

## DIALOGVS. XXX.

mea uirili ad hoc enitar, sed rogo, quidnam  
de hoc mysterio disputatione præceptor? Nam  
ipse non int̄fui. PAV. O miserum, qui ta-  
lia negligis. LVCA. Adesse non quiui, alibi  
occupatus, quamobrem uehementer oro &  
obtestor, ne mihi rem adeo salubrem inuides-  
as. PAV. Aiebat tantam esse uirtutem huius  
admirandi cibi, ut qui eo rite uescerentur, fie-  
rent unum corpus, atque unus sp̄iritus cum  
Christo, sicque in deum, deique filium abiarent.  
Sed si quis impurus contingat, eum non fa-  
ludem, sed extremam animæ perniciem sibi  
inuenire. Hortabatur ergo nos omnes, ut  
his diebus peccatores cum Christo in cruce  
moreremur, quo fœlicius & synceriori cum  
gaudio, una cum eo in uitam transeamus. Hoc  
enim dicebat significari per hæc appetentia  
nunc festa, quod Pasca Hebræis transitum a  
morte peccatorum ad uitam uirtutum sonet.  
LVCA. At interim, quid sit de placentis, &  
id genus alijs bellarijs, quæ ad imminentes  
has ferias parare consueuerunt? Non & de  
illis quid audiuisti? PAV. Apage, tuus ani-  
mus iam est in placentis, quum hoc temporis

D- iii articulo

## DIALOGVS. XXXI.

articulo Christus olím de uita sit periclitatus.  
Placentæ, atq; eius generis illecebræ aliæ, suo  
loco sermonem dabunt, nunc de alio cibo  
solliciti esse debeimus.

## DIALOGVS. XXXI.

VRBANVS, ET CHILIANVS.  
de lustratione urbis & aruorum  
fabulantur.

*liber*  
**Q**uid est Chiliane, quod tanto molimis  
ne plateas & uicos omnes uierrunt?  
num princeps quispiam huc est uentu-  
rus? CHI. Minime, sed quiddam est cras futu-  
rum, cuius grā merito hic fit apparatus. VR-  
BA. Quid hoc quæso? CHI. Solēne iam est,  
crastino die urbem corpore Christi lustrare,  
siquidem primarius hic sacerdos sacratissimū  
hoc corpus circum moenia gestabit, uniuers-  
sa sacerdotum manu, atq; item populo omni,  
a tergo sequentibus. VRBA. Sacra forsitan  
erunt, quæ nonnulli amburbialia non inepte  
uocari uolunt. CHI. Erunt. VRBa. At quan-  
do agentur ambarualia? sic enim uocantur  
quæ apud

## DIALOGVS. XXXII.

que apud ethnicos erant Robigalia, paliliaq;  
**CHILIA.** Perendie. VRBA. Num & nos  
eis sacris adesse oportet? CHI. Maxime pari-  
ter & clericorum ordinem omnem. VRBa.  
At apud nostrates soli agrestes sacrifico præ-  
eunte agros obequitant. CHI. Suus cuicq; re-  
gioni est mos, qui pro lege est habendus.

## DIALOGVS. XXXII.

### LEOPOLDVS, ET SEVERVS.

de spectaculis comoediarum, tra-  
goediarumq; exhibendis  
fabulantur.

**S**CIS Seuere, quæ spectacula die crastino,  
qui est a ferijs sacratissimi corporis Chri-  
sti octauus, edi consueuerint? SEVE. Qui  
ipse scire possem, cum superiori anno non ad  
fuerim: LE. At audisse ex alijs poteras. SE.  
Quæ ad me parum attinent, ea non magno-  
pere soleo exquirere. Sed dic oro, quid tandem  
est, quod iactas: LEO. Tragoediam eorum cru-  
ciatum, quos pro nobis tulit seruator Chri-

D <sup>iiij</sup> stus histrio

## DIALOGVS. XXXIII.

Rius histriones agent, sunt enim ad hoc deles  
cti aliquot. SEVE. Quæso te oibus etiam ad  
hibitis personis? LEO. Omnibus oīno. SE.  
Ipse in hac fabula mallem durissimi militis, aut  
carnificis personam gerere, quā ipsius Christi,  
nam tametsi, ut coniçere possum, res sicte  
repræsentabitur, sic tamen abire non potest,  
quin is, qui Christum refert, multas interim  
molestias in se recipere cogat. LEO. Et ipse  
in hac fabula spectator esse malo, quā actor,  
ut cunctæ res interim agatur seria.

## DIALOGVS. XXXIII.

BASILIVS, ET GREGORIVS,  
de coronis gestandis, deq; eas  
rum uario genere col-  
loquuntur.

**V**Nde tu te proripis Gregori: aut ubi  
hanc coronam rosaceam es nactus?  
**GREGO**. E foro ueni mihi Basili, ubi ser-  
tum hoc nummo mihi coem. **BASI**. At in  
quem usum? **GREGO**. Animus est eam co-  
ronam cas-

## DIALOGVS. XXXIII.

ronam capitū impositā gestare, nonne uile  
tibi uidetur, tot rosas unico nummulo para-  
ris. BASI. Et te tantum asinum non pudet,  
puerorum ritu coronatum incedere. GREGO.  
Puderet. Grandes natū, & cani etiam  
hic gerunt. BASI. Nihilo ergo sunt grauios-  
res, forsitan hunc morem a græcorum molli-  
tie sumpserunt, quos apud Homerum subin-  
de καρκινομόωντας audio dici. GREGO. Vn-  
de sumpserint eisdem nescio, hoc scio quod  
gestant. BASI. Num solas rosaceas gerunt,  
& an uiolaceas pariter & liliaceas, aut etiam  
Rosmarino, uel amaraco intertextas? GREGO.  
Omnis generis flores, ac odoramenta  
conciinant. BASI. Faciant ut lubet, ego nihi  
lipendo istas nugas, tantum abest, ut pretio  
emere uelim, quod si pecunia superesset, ue-  
rum butyrum emere malim, hoc enim in ali-  
mentum cederet. cum sertorum si odorem  
excipias, nullus plane sit usus.

D v DIALO-

## DIALOGVS. XXXIII.

RHAPHAEL, ET SERVATIVS.

de ferijs diui Urbanī con-  
fabulantur.

**V**Tinam alas mihi sumere liceret, ut hinc  
domum auolare possem, etenim nimis  
quam cupio crastinum diem in patria  
transigere, quam facultatem magno emere  
non recusarem. SERVATI. Quid hic sibi  
vult; tute homine exuto in uolucrem mutam  
uis degenerare: aut quid noui accidit, quod  
tam repentinum tuum iter postulet? RHA-  
PHA. Rogas: nescis cras ferias agi diui Urbanī?  
SERVA. Noui, sed quid tum? RHA-  
PHA. Hunc diuum eodem pene ritu, & ijs-  
dem ceremonijs colunt nostrates, quibus ethi-  
nici olim Bacchum, ut quæ illis erant baccha-  
nalia, nobis pene sint urbanalia. SER. At in  
quem usum faciunt hæc Christiani? RHA-  
PHA. Putant hoc diuo sic placato fœlicius  
prouenire vuas. SER. O stolidos homines,  
qui sanctorū numina crapulis, ac compotati-  
onibus de-

## DIALOGVS. XXXV.

onibus demereri se credunt, cum illi abstinen-  
tia & sobrietate principi deo placuerint.

## DIALOGVS. XXXV, & ultimus.

CORNELIVS, ET GVLIELMVS,  
de commodis ac molestijs uario-  
rum temporum  
differunt.

**V**T nihil est usq; ex omni parte fœlix.  
**G**VL. Quid stomacharis tecū mi Cornelius? COR. Non iure stomachor, qui  
me tot malis in hoc immido mundo obnoxiū experior. GVL. Quid est, de quo preter  
cæteros adeo queri possis, nisi forte pauper-  
tatem in ius uocas. COR. Quasi hoc solum  
sit malum, etiam si grauiissimum. uides, & opip  
nor sentis, ut nihil non sit aduersum. hybernis  
temporibus frigore concutimur, nunc æstus  
& caniculae rabies nos excruciat. Interdiu  
quidem ob annonæ caritatem, & nostrā pau-  
pertatem fame ac siti laboramus, ut taceam  
interim,

## DIALOGVS. XXXV.


interim, nusquam non culices & muscas nos-  
bis obuiolantes, & corpusculum exugentes,  
nocte uero cum cimicibus ac pulicibus bel-  
lum gerimus. Ad hæc miseros exterrit iam  
fulgura, iam fulmina, iam tonitrua. Mox &  
autumnus sexcenta morborū genera effun-  
det, nonnunquam morborum omnium pe-  
stilentissimum pestem, adde, quod huius tem-  
poris occasione pleriqz nostri ordinis, dum  
stulti frigida lauare uolunt, in rapidis & pro-  
fundis fluminibus, capitis iacturam faciunt,  
**GVLI.** At tu naturæ parum gratus incom-  
moda quidem, quæ secum adferunt æstuii  
menses, accurate recenses, commoda uero,  
quæ simul præstat, præteritis. **CORNELL.**  
Quæ ea sunt quæso? **GVLIEL.** Rogas: pri-  
mum nec igne, nec uestibus admodum est  
opus, deinde tempus hoc tot frugum ge-  
ra donat, siliqinem, triticum, hordeum, tot le-  
gumina, fabas, pisa, uicias, tot poma, py-  
ra, pruna, mespila, nuces iuglandes, auel-  
lanas, castaneas molles, racemos, super o-  
mnia uero dulcissimum mustum. An hæc pa-  
ua tibi uidentur æstatis, & autumni munera?


Videris

## DIALOGVS. XXXV.

Videris mihi ex eorum esse grege, de quibus  
Seneca eleganter dixit, Nemo beneficia  
in Calendarium scribit. Postremo co-  
gitandū semper est sic placuisse na-  
turæ conditori deo, ut in hoc  
mundo nihil sit hominibus  
omni ex parte beatum,  
quo uidelicet ex his  
mundi perturba-  
tionibus ad ali-  
am patriam  
aspire-  
mus.  
'''

Pædologiæ Petri Mosellani finis,  
ex ædibus Schurerianis apud  
Argentoratum, Mense  
Februario. M. D. XXI.





8° Philos. pr. 493:1

(Peter Schade)

